Hæc quondam Galli regulis fuit, incipe nobis
Inde versi lepidos Musa referre iocos.
Horrida condensâ caligine fertur Eremus,
Quà nescit radÿs Phoebus adire suis,
Arboris intonsæ frondes, vbi plurima quercq
Nutat, ibi rupis pendula saxa vides,
Connexis ramis obnubilat omnia silua,
Atque capit tenebras sola videre suas.
Præterea quid ego memorem? sunt ipsa ferenda
Quæ tibi non prosunt nec tamen inde nocent,
Sed noua quæ video? partes circumspicis omnes?
Monstra vide paruis deteriora feris,
Jam cernas Apros obliquo dente minari,
Jam cernas Vrsos figere velle suum. non
Non tantùm tamen hæc, sed plura animalia, quæ
Apifera Lybyes barbara terra parit,
Cernis ut in spiram tractu se colligat anguis?
Flexile et hinc voluat pectus, et inde sinu!
Nunc tollat cristas? nunc stridula sibila mittat?
Erigat? erectum se modò præcipitet?
Non mihi si Pallas Clypei prætenderit æra,
Crediderim tales posse videre feras,